



VIRO GENEROSO
CVNRADO A TANN
PATRONO BENEVO-
LENTISSIMO.

MIRETUR aliquis, Generose Domine, quid sit,
quod in hac miserabili orbis Christiani pertur-
batione animum ad scribendum appello. Hoc,
inquam, aliquis miretur, si mei instituti causas ignoret:
quas ubi exposuero, non item aliquis miretur. Aggres-
sus sum ante aliquot annos certa methodo comprehendere
totum sacrosanctæ Theologiæ systema: & bonam ipsius
partem, non sine labore ac vigilijs, absolui. Qui labor
tametsi apud omnes non omnè tulit punctum: non ta-
men fuit inanis in Domino. Certum enim mihi est, nonnul-
los; qua docentes, qua discentes, nonnullum fructum ex
methodica ista rerum diuinarum dispositione reportasse.
Existimaui ergo mihi faciendum, ut extremam sacræ i-
sti encyclopædiæ manum imponerem, & quidem hoc tem-
pore imponerem. Verendum enim mihi erat magnopere,
ut

)?(2

ut